# Liber quartus

suas potiones mutauit. sed mercurius dedit vlixi album florem per quē mutauit transformationem ⁊ potionem veneficam. Quius autem socij sui essent mutati in bestias quantum ad figuram corporis. tamen remansit in eis mens integra exclusa omni bestiali seuicia Unde dicitur in littera. Eurus ventus talis. appulit vela ducis naricij. i. vlixis qui denominatur naritius a loco vel a regione. de qua oriundus erat. ⁊ appulit vagas rates. id est naues. pelago id ē mari cuidaʒ insule. qua. i. in qua insula residēs pulcra dea Circe. edita. id est genita ex semie solis illa miscet nouis hospitibus. i. socijs Ulixis. pocula tacta carmine. i. incantatione. quos. s. hospites. vt. i. postquam. manus. Circe herbipotens. i. potens herbarum. vertit. i. mutauit socios vlixis in varios modos. i. in varias figuras bestiarum. Hūc id est vnum illorum tegit facies apri. ille id ē alius marmaricus leo. i. affricanus leo factus. crescit dente ⁊ vnguibus Hic id ē alius nuper lupis additus. i. coniunctus dum parat flere propter suā trāsformationē ipse vlulat. Ille. i. alius. obābulat. i. circuit tecta. i. domus mitis vt indica tigris. i. tigris indie. Sed licʒ numen. i. deitas archadis. i. mercurij. qui colitur in archadia que dicitur alcs. eo quod sin-

Pulchra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula
Quos vt in varios modos
Uertit herbipotens manus
Hunc apri facies tegit
Ille marmaricus leo
Dente crescit ⁊ vnguibus
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat vlulat.
Ille tigris vt indica
Tecta mitis obambulat
Sed licet varijs malis
Numen arcadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste soluerit hospitis
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant
Iam sues cerealia

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-110/0272
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG